

Am Raub: Commissio notariorum credenciarum.

Karolus Dei gratia etc. Notario Roberto de Piscaria etc. olim notario  
Iohanni de Lutio de Piscaria fidei nostro scripsimus tal<sup>et hunc</sup> mo-  
dam: Karolus etc. notario Iohanni de Lutio etc. No regni nostri rega-  
lia percant per fraudem vel incuriam officialium aliquorum, que  
sunt longis retro temporibus rationabiliter assueta, provida deliberatione  
providimus presens statutum per universas et singulas partes regni  
nostri ab universis et singulis officialibus nostris tam credencieris  
quam cabellotis inviolabiliter observari, videlicet: ~~ut~~ singuli officiales  
nostri, tam credencieri quam cabelloti, sub pena personarum et re-  
rum omnium eorumdem alte et basse, si secus fecerint, pro nostro arbitrio  
punienti super recipiendis iuribus omnibus in districtu curie debitis et sta-  
tutis cum mercatoribus et personis aliis tam regnicolis quam exteris  
intransitibus vel exeuntibus regnum nostrum emendo merces aliquas  
vel vendendo in doana portubus et fundicis de sale et ferro et accaro  
pice seta et quibuscumque aliis seu in exitura victualium, tam infra  
quam extra regnum, et etiam super exitura casei olei carniuum vali-  
tarum et diminutione ipsorum iurium nullatenus paciscantur, <sup>et</sup> qui-  
libet eorumdem prout ad suum spectat officium, cum integritate reci-  
piat iura ipsa nec plus nec minus, quam quod est debitum et statu-  
tum ab ipsis super hoc, recipiendo corporale debito iuramento, ut pre-  
sens statutum inviolabiliter observetur, providimus, quod in quali-  
bet maritima terra regni nostri unus notarius credencierius ydoneus  
et fidelis parentela vel Societate in cabellis eisdem ipsis officialibus  
non coniunctis <sup>et</sup> qui clericus non sit, per maiestatis nostre litteras  
ordinetur, qui solutioni et perceptioni iurium curie continuo debeat  
interesse et plenam habeat notitiam de premissis et de universali et  
de particulari introitu ipsorum iurium quatenus duos consimiles fa-  
cere debeat continentes particulariter et distinte nomina mercatorum

~~notarius~~  
un

~~notarius~~

1  
a, Reg. se

2  
b, Reg. coniunctos